



In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955.

Luchier.

Nr. Bo. 2.

FRIDERICI GUILIELMI DRESDII

THEOL. D. ET P. P. ORDINIS SVI H. T.

DECANI

PROGRAMMA

AD

ERVENDVM VERVM SENSVM VATICINII

DE

CHRISTO IMMANVELE

IPSIS

SOLEMNIBVS NATAL. I. C. SACRIS

AN. MDCCCLXXX

PROPOSITVM

u.

---

VITEBERGAE

LITTERIS CAEOLI CHRISTIANI DÜRRII

FRIEDERICI GALLIERI DRESDEN

TITULUS ET P. P. ORDINIS ETATUTI

DUCANI

PROGRAMMA

AD

ERAVENDAM AERIA SENSAV ATICINI

DE

CHRISTO IMMUNAECE

1721S

SOLE MINIBVS NATALI C SACRIS

AN MDCCCLXX

PROPOSITUM

INTRODUCTIO

CULTUS CEROSI CHRISTIANI DEGEN

affiliis bius ac curia ab audiis ipsius de amissione, sive quoq; iustitiae amissione  
bius, omnesque corporis sacerdotum et clericorum, illiusdem ministeri, et aliorum ipsa  
ecclesiastice regni amicorum, etiamque prius, et postea, et postea, et postea, et postea,  
et postea, et postea, et postea, et postea, et postea, et postea, et postea, et postea, et postea,  
**IN QVIRITVR**  
**IN VERVM SENSVM VATICINII**  
**DE**  
**CHRISTO IMMANVELE.**

**S**atis notae inter nos quoque sunt controversiae Isenbichlianae,<sup>a)</sup>  
nuper inter Pontificios agitatae, de vero sensu vaticinii, quod  
Esiae VIII, 14. de puer ex virginē nascendo, et *Immanuelis nomine*  
insigniendo, habetur, quodque Matth. I, 22. 23. diserte dicitur *in*  
*Christo* demum *ex virginē nato plene eueniſſe*. **ISENBIEHLVS**, vir do-  
ctus, et humanus, non tam ad labefactandam Matthaei fidem,  
quam ad vindicandam potius, tuendamque eam aduersus profanos,  
qui eiusmodi veterum vaticiniorum interpretationes spernere et su-  
gillare solent, tale quid apud Matthaeum dici, aut affirmari, confi-  
denter negat,<sup>b)</sup> vsimque doctrinae euangelicae in definienda vera  
mente vaticiniorum, olim a prophetis admirabili Dei consilio edito-  
rum, omnino omnem tollere conatur. Quod tanto magis vituper-  
randum est, quanto certius constat: ut iam in scriptis mere hu-  
manis auctor ipse optimus suaे mentis interpres merito iudicatur,  
si vel saepenumero legenti longe aliter videatur; ita scripturas quo-  
que propheticas, vrpote a Deo Deique Spiritu profectas, a nemine

A 2

verius

<sup>a)</sup> De his controversiis vid. die Neuen-  
sten Religionsbegebenheiten mit unpar-  
theyischen Anmerkungen. Vol. I. II.  
et III.

<sup>b)</sup> Vid. Johann Lorenz Isenbichl's neu-  
er Versuch ueber die Weissagung vom  
Emmanuel §. 59. etc.



verius explicari posse, quam ab interpretibus diuinitus ad id missis, aut eodem Dei Spiritu ad id instrutis; monente quoque Petro, id primum esse, quod nosse eum oporteat, qui scripturas propheticas intelligere velit. 2 ep. 1, 20. 21. Nec tamen inficiandum est, Isenbichlii aduersarios<sup>c)</sup> solete in hac agēnda causa non leuius peccare, fatagentes, praecognitis potius sententiis vagisque opinionibus, quam firmis ac certis argumentis rem satis difficultem, et exquisitio-  
ris indagationis non indignam, conficere.

Nobis quidem non est propositum, hisce nos immiscere con-  
trouersis longe atrocissimis; nec tamen existimauimus ab hac scri-  
bendi opportunitate alienum, aut ad iudicandas tantas lites plane  
ineptum fore, si, quid, in indagando insignis illius de Christo Immanue-  
le vaticinii vero sensu interpreti in primis speculum sit, paullo enucleatus  
explicemus. Redeunt autem omnia, quae in eam rem dicenda ha-  
bemus paucis huc: videndum primo est, cuius sit sententia, Matth.  
I, 22. 23. proposita, utrum ipius Matthaei, an potius angelii; secundo,  
suius indolis illa sit, utrum vera loci Esaiani interpretatio, an mera ac-  
commodatio; tertio quem sensum habeat, si vera fuerit interpretatio; quar-  
to, num et quo modo Esiae loco applicari possit; quinto, num, ea non  
admissa, Esiae vaticinium per se planum satis sit, aut laboret potius ma-  
gnis verisque difficultatibus; sexto denique, quid inde ad eruendum ve-  
rum sensum vaticinii de Christo Immanueli colligendum sit.

Sententiam, Matth. I, 22. 23. propositam, Mattheo ipsi vel acutissi-  
mi interpres absque haesitatione tribuunt, vid. v.c. GROTIUS,<sup>d)</sup>

a) De his vid. die Neuester Rel. supra allegat. Vbi quoque Vol. III. pag. 331. referatur: ISENBIEHLIVM tandem suis aduersariis cessisse, librique condemnati sententiam in favorem Romani Pontificis, litteris manu propriis scriptis, reuo-  
easse, ipso die XXV. Decemb. 1779.

b) Verissime, ait, a Mattheo seri-  
pium est, in nativitate Christi verba  
Esiae πληρῶς, id est, consummata  
esse.

c) Ad vocem ἀπό: Multa sunt, ait,  
in quibus prophetiae Esianae exacte re-  
spon-

et BENGELIVS,<sup>c)</sup> in commentariis ad h. l. nec ignoro, ex cap. XXI,  
4. manifestum esse, hanc allegandi formulam a Marthaei scribendi  
consuetudine non alienam esse. Prostata autem apud eundem Mat-  
thaeum locus alias cap. XXVI, 56.<sup>f)</sup> ubi propter Marc. XIV, 49.<sup>g)</sup>  
nullum dubium esse potest, quin formula ista, neutiquam Matthaei  
sit, sed ipius Domini, in proxime antecedentibus loquentis;  
consentiente GROTI ad eum locum.<sup>b)</sup> Quid igitur, si eodem  
modo res sese habeat in loco nostro? nimirum, ut non *Mattheus*  
sed *angelus*, qui com. 20. et 21. locutus erat, *reliqua quoque edifferat*,  
quae com. 22. et 23. continentur. Evidenter crediderim, ad Iosephi  
ut pote Iudaei, et scripturarum propheticarum haud quam rudi-  
dis, persuasionem de Mariae conceptione, diuinitus facta, hac gra-  
uissima angeli contestatione: id omne claris diuinis praedictis con-  
uenienter accidisse; vix quicquam maius pondus habere potuisse.  
Nec obstant verba ultima, ὁ εἰς μεθερμηνέμενον, μεθ' ὑμῶν ὁ θεός,  
aut futura tempora, quae com. 21. usurpantur. Nam ultima quidem  
verba ista ultro largimur, Matthaei esse, quum longe credibilius sit,  
angelum cum Iosepho hebraice, quam graece, locutum esse; ad-  
dita autem ab eodem existimamus interpretandi causa, eadem con-  
suetudine, quae reliquis quoque Evangelistis in locis simillimiis valde  
solennis est, vid. v. c. Ioan. I, 42. item Marc. V, 41. et XV, 34.  
Ex futuris autem com. 21. nihil aliud cogi potest, quam quod vni-  
uersa haec sententia: καὶ παλέστε τὸ ὄνομα αὐτῷ Ἰησοῦν, per se per-  
spicue docet, nimirum; allegata ex Esaiam verba non tam ad proprio

## A 3

## ra

spondisse eventum, ab angelō nuntiatum,  
euangelista obseruat.

f) Καὶ ἡμέτερος προς ὑμᾶς ἵνα διδύμην δι-  
δάσκων ἐν τῷ ιερῷ, καὶ ἐκ ἱερατῶνται με.  
Τέτο δὲ ὅλον σύγχρονον, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γρα-  
φαὶ τῶν προφητῶν.

g) Καὶ ἡμέτερος ἡμῖν προς ὑμᾶς ἐν τῷ  
ιερῷ διδάσκων, καὶ ἐκ ἱερατῶνται με. ἀλλ' οὐ

πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. Errat itaque ISEN-  
BIEHLIVS, qui in laud. libr. pag. 14.  
Matth. XXVI, 56. in iis allegatis refert,  
que Matthaeum auctorem habeant.

h) Ad verba, οὐ πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ  
τῶν προφητῶν, sensus est, ait, ut exitum  
habeat decretum Patris pridem nuntia-  
tum per Esaiam, Danielēm, atque alios.



ra haec, quam ad remotiora illa: τὸ γὰρ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν εἰς πνεῦματός ἐστιν ἀγγέλος, pertinere. Si vero ipius angelī fuerit haec institutio, Dei nomine ad Iosephum loquentis, quomodo et PATRVM<sup>i</sup>) non nulli existimarent; oppido pater, nihil diuinius certiusque dici posse; quamquam non video, qui possit dignus iudicari christiano nomine, qui, si vel Matthaei illa sint, firmam tamen eis fidem habere nolit. vid. Luc. X, 16.

Sed porro videndum est; cuius indolis sit haec sententia; utrum vera sit illius vaticinii interpretatio, an mera accommodatio? Potest enim et mera accommodatio diuinae esse originis, et plane certa. Sermo autem iam nobis non est de accommodatione ea, quae Deo tribuitur in inspirandis vaticiniis, hac vi, ut ipse olim disposuerit praedicta de rebus propioribus accommodate remotioribus Noui Testamenti evenitibus; quae GROTIUS est de plerisque V. T. vaticiniis, a N. T. scriptoribus allegatis, sententia, ut appareat ex erudita eius ad Matth. I, 22. commentary.<sup>4)</sup> De hac vero accommodatione, quae ipsa est interpretationis species, nos in praesenti non loquimur; Sed de alia, qua, in describendis certis rebus, scriptores tam N. quam V. Instrumenti, propter quandam similitudinem, iisdem verbis utuntur, quae alias propria solent esse rebus aliis, quem sensum ISENBEHILVS Matth. I, 22. locisque plerisque reliquis ex V. in N. T. excitatis, et DATHIVS ad Ierem. XXXI, 15. cum Matth. II, 17. tum locis reliquis similibus tribuunt. Et lubens fateor, non improbabilem fore hanc interpre-

tandi

<sup>i</sup>) IRENAEVS lib. III. contra Haeres cap. XVI, §. 2. edit. Massuet. Dehinc, cum Ioseph cogitaret dimittere Mariam, quoniam praeceps erat, adfidentem ei Angelum Dei, (Matthaeus inducit) dicentes: Ne timueris assumere Mariam etc. Pariet autem Filium etc. Hoc autem factum est, ut impleretur etc.

idem ibid. cap. XXI, §. 4. et quoniam Angelus in sonni dixit ad Ioseph: Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est ab Elia Propheta: Ecce virgo etc. Item CHRYSOSTOMVS Homilia V. in Matthaei caput I. διὰ τὴν τοῖον ὑπαρχόντον τὸ εἰπεῖν οὐ Δυγγίας παράγεις μέσον τὸν Ηρωῖν ideo, ut quod dicitur, facit-

7

tandi rationem; si priori loco angelus Iosepho dixisset: μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν μαρτυρία τὴν γνωμήν σε, id est γὰρ οὐ παρθένος ἐν γαστρὶ εἶς, καὶ τέλεται νῦν, καὶ ποιέσοις τὸ ὄνομα ἀντὶ ἐμμανουὴλ etc. posteriori autem Matthaeus ipse his usus verbis fuisse: τότε φωνὴ ἐν ἔμμαθῇ πάθῃ etc. his enim formis loquendi omnino respondent exempla ea, quae ISENBEHLIVS pag. 162. ex vita communis et ex concessionibus sacris in medium profert. Iam vero, quia primo loco differte praemittitur: τότε δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρώθῃ τὸ ἐγκέφαλον ὑπὸ κυρίας δια τὴν περιφήτην λέγοντος, id est, etc. altero autem: τότε ἐπληρώθη τὸ ἐγκέφαλον ὑπὸ Ιερεμίᾳ τὴν περιφήτην λέγοντος, φωνὴ etc. nihil dubitari potest, quin eorum, qui ita loquuntur, nulla alia sententia esse potuerit, quam quae disertis verbis exprimitur, *interpretans* nimirum, et *declarans*, plenum in his, quos commemorant, eventibus prisca predicta ista habuisse exitum, ac proinde in edendis iisdem eventus quoque hos potissimum spectatos fuisse; ut bene docet GROTIUS in Comment. supra laudata. (k) Potest quidem ἐπληρώθη interdum verti: *de eo valet*; sed ne tunc quidem ex mente scribentis sensum alium habet, quam: *evenit*, aut *accidit*. Usurpatur nimirum ea vox apud alios quoque scriptores modo triplici, ut exempla docent, ab ipso ISENBEHLIO pag. 238. et 247. et 262. obseruata. Primo quidem, si *allegantur vaticinia latiora*, quale fuit ex mente<sup>1)</sup> Martyrum in Gallia illud Domini Ioan. XVI, 2. teste EVSEBIO in Hist. Eccl. lib. V. c. I. aut ex mente auctoris lib. I. Maccab. VII, 17; Assaphi istud

P.

facilius credatur, in medium Angelus Efaian adducit. Vid. quoque Theophylactus tom. I. p. 9. edit. Venet. 1757.

k) Quam Grotii commentationem si Isenbiehlus legisset, fatetur enim p. 152. id per loci sui indolem ne fieri quidem potuisse; procul dubio nec falsam illam, quae §§. 20. et 21. habetur, aliter sententibus affinxisset sententiam, nec suam

tanta confidentia defendisset. Legi quoque merentur, quae FAVSTVS SOCINVS de eadem re habet in Lectionibus sacris, tom. I. Bibl. Frat. Polon. pag. 291. etc.

1) Martyrum verba haec sunt: ἐπληρώθη τὸ ὑπὸ τὴν Κυρίαν μέμνηντον, ὅτι ἀνεστάντες καὶ ὕδωρ, ἣν πᾶς, ἢ ἀπόκτεινας μένει, δέξει λατρεῖν προσφέρειν τῷ Θεῷ.



PC. LXXIX, 2. 3. quocum conferatur PC. XLIV, 23. ex mente Pauli ad Rom. VIII, 36. Secundo, si laudantur sententiae veterum acutae, quae ex vsu vim Proverbiorum habent, et propter memorabiles evenitus, quibus eorum veritas confirmatur, cum latioribus vaticiniis crebro comparantur. Huc pertinet locus HIERONYMI in Epist. CII, ad Paulinum, vbi: Caeterum, inquit, Socraticum illud impletur (h. e. vere evenit) in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio. Cui geminum est Seruatoris illud Io. IV, 37. ἐν γὰρ τέτω ὁ λόγος ἐστιν ὁ αληθινός. ὅτι ἄλλος ἐστιν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θεριζων. vid. quoque, si placet Tit. I, 12. Tertio usurpatur ea vox, si historiae adducuntur eiusmodi, quae creduntur in posterorum admonitionem conscriptae. Quo spectat illud Angeli apud ASSEMANUM in Bibl. Orient. tom. I. pag. 36. qui Ephraeum Syrum cohortatur, ut caueat, וְלֹא חִשְׁבֵן דְּכַרְתִּנְא שְׁלֵמִיקְה ne de se impletur (i. e. idem sibi accidat), quod scriptum sit de Ephraimo illo apud Hoseam cap. X, 11. Vid. 1 Cor. X, 6. vbi Paullus longe aptiora docet de eadem re. Haec itaque alata exempla aut nihil cum Matthaei allegationibus commune habent, quale illud est HIERONYMI, quod tamen ISENBEHLIVS in primis vrget, et Angeli apud ASSEMANUM; aut saltem ex scriptorum mente eandem vim habent, nimis non quidem argumentandi, attamen docendi, euentus commemoratos eiusmodi esse, quos Dominus, et Assaph clare praedixerint. Hinc, credo, perspicuum est, sententiam, Matth. I, 22. 23. propositam, ex loquentis mente, non meram similium verborum aut rerum accommodationem, ut ISENBEHLIVS contendit, nec argumentationem, ut DATHIO videtur, sed institutionem, seu veram citati vaticinii interpretationem complecti.

Nunc autem tertio quaeritur; quem sensum ea habeat interpretatio? Notum enim est, duplex genus locorum V. T. esse, res N. T. spe-

Qan

Etantum, praedicens alterum, alterum praemonstrans. Illud quidem  
 olim disertis verbis, v. c. Gen XLIX, 10. fatente ipso GROTI ad  
 h. 1. hoc autem rebus significantibus, iisque nunc a Deo praescriptis v.  
 c. Leuit. XVI. coll. Ebr. IX. nunc ab eodem praeditis, v. c. 1 Sam.  
 VII, 14. coll. Ebr. I, 5. nunc etiam intercedente saltem singulari  
 Dei prouidentia gestis, v. c. Gen. XXI, coll. Galat. IV, 22. etc. fu-  
 turae oeconomiaeuenta veluti eminus intuenda exhibuit. Appa-  
 ret itaque, in tanta rerum diuersitate necesse esse, ut diligenter do-  
 ceatur, cuius generis locus Esaiæ de nascendo Immanuele ex Mat-  
 thæi mente iudicandus sit, vtrum prioris, an posterioris; et, si ad  
 posterius referatur, quae species sit, ad quam pertineat. Non igno-  
 ramus quidem, plerisque christianis interpretibus cum veteribus,  
 tum etiam recentioribus, plane persuasum esse, Esaiæ vaticinium  
 per Matthæi auctoritatem non ex altero, sed ex primo genere esse,  
 idque ex praemissa contestatione: τέτο δὲ ὄλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ  
 τὸ ἐνθὲν ὑπὸ τῆς Κυρίας διὰ τῆς προφήτεως λέγοντος, facile, immo neces-  
 sarium ad colligendum esse. Nec negauerim, hanc sententiam  
 magnam ad persuadendum vim habituram esse, si hic unus locus  
 tali gauderet praefamine, aut, si reliqua omnia manifesto ad pri-  
 mum istud genus referenda essent, quomodo v. c. se habet, si quid  
 video, locus insignis Sach. IX, 9. coll. Matth. XXI, 4. Verum  
 ea res longe aliter comparata est. Habetur enim apud Ioannem  
 locus nostro omnino similis, qui tamen non ex primo, sed ex altero  
 est eorum genere, quibus Christus significatur. Continetur is cap.  
 XIX, 36. vbi haec leguntur: ἐγένετο γάρ ταῦτα, ἵνα ἡ γενφὶ πληρω-  
 θῇ, οἵτινες εἰς συντετριβότεται αὐτῷ. Quis non videt, verba, ἐγένετο ταῦ-  
 τα, cum illis, τέτο ὄλον<sup>m)</sup> γέγονεν, item, ἵνα ἡ γενφὶ πληρωθῇ, cum

ηα.

m) Quod ἔλει Matth. XXI, 4. ne ha- BENGELIO in Apparatu Critico ad h. 1.  
 bent quidem omnes codices, docente IDEMQUE vocabulum IRENAEVS in loco  
 B 313 ad 1 Corinthus 14. 11. in adeo



να πληρωθῆ τὸ ἐνθέντεν υπὸ κυρίου, eandem vim habere: locum autem, a Ioanne allatum, non ad vaticinaria, sed ad ea, quae per figuram praemonstrant, et in his ad primam speciem, pertinere? Negari itaque non potest, per Matthaei auctoritatem constare quidem, apud Esiam Christi ex virgine nativitatem spectari, tanquam rem implendam potissimum; quo autem spectetur modo, utrum pro primo, an pro altero talium locorum genere, ex solis Matthaei verbis, nondum constare. Iam, si quis interroget; unde repetenda sint firma huius vaticinii, ab omni soluendi ambiguitate, praesidia? Equidem respondeo: Matthaei XXI, 4. omnis tollitur ambiguitas ipsius loci, ex Sachar. IX, 9. a Mattheo allegati, perspicuitate. Promittitur enim ibi com. 9. et 10. Iudeis, in patriam quidem ex parte restitutis, sed afflictis adhuc, et exterorum potestati subiectis, his, inquam, promittitur Rex Sionis, h. e. Rex ex Davidis posteris oriundus, iustus et adjutus, h. e. rerum successu insignis, praeterea mansuetus, nec ad bella gerenda, sed ad tollenda potius arma, et ad componendas priscas Israelitarum cum Iudeis mutuas contentiones, pacemque non Iudeis tantum, sed gentibus quoque nuntiandam suadendamque venturus, et cuius imperium futurum sit longe, amplissimum. Quae clara praedicta per historiam post captiuitatem Babyloniam, quo tempore Sacharias scripsit, non per Serubabelem, utpote in cuius historia nihil est, quod ad praedicta tam splendida rite accommodari possit; sed per solum nostrum Dominum accurate

adeo ex Matth. I, 21. excitato, bis prætermisit, locis nimirum supra commemoratis; quamquam id in suo codice revera habuit, ut patet ex libr. IV, cip. XXIII, § 1. ubi hoc modo differit: *Angelus in somnis dixit ad eum (Joseph): Ne timueris assumere Mariam etc. Et adiecit suadens ei: Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur etc.*

n) In Commentar. ad Sachar. IX, 9.  
o) Si vnam excipias Immanuelis appellationem, quod autem non maiorem difficultatem habere potest, quam apud eundem Esiam cap. IX, 5. ubi Messias, Iudeis ipsis fatentibus, appellatum iri praedicatur: *Mirus, Consil, Deus Potens, Pater, seu Auctor, Perpetuitatis, Princeps Pacis.*

curate pleneque euenerunt. Vnde tuto colligendum est, hunc locum non nudam futuri Christi figuram, ut GROTIUS<sup>9)</sup> iudicauit, sed disertum vaticinium de eo continere. Videndum igitur: num Esiae vaticinium de Immanuele eadem perspicuitate gaudeat. Id quod planum fiet, si quarto expenderimus: *num, et quomodo Matthaei interpretatio Esiae vaticinio applicari possit.*

Atque hic nullum dubium esse potest, quin verba omnia ac singula, ex Eccl. VII, 14. a Mattheo allata, ita comparata sint, ut historiae de Iesu Christi nativitate exacte respondeant.<sup>10)</sup> Certum tamen et hoc est, nexus commatis 16. cum antecedentibus adeo difficilem<sup>p)</sup> esse, ut de solo Christo hoc agi vaticinio non videatur. Dicitur enim com. 16. priusquam puer, nascendus ex virgine, malum a bono discernere nouerit, desertam fore terram Iudaicam a duobus, qui eam tum occupauerant, regibus. Atque haec iisdem pene verbis mox cap. VIII. 4. Esiae filio recens nato applicantur, adeo, ut legenti nihil credibilius esse possit, quam utroque de eodem puero sermonem esse. Quae etiam cauſa est, cur mihi persuadet: ut ante Matthaeum nemo, quantum constat, fuit, qui hunc locum de solo Christo interpretaretur, ita nec post eum facile futurum fuisse, qui suopte ingenio, et Matthei auctoritate destitutus, in hanc incidisset sententiam. Nam veteres quidem Iudei in *Breschith Rabba* sect. XLVIII. fol. 53. col. 1.

B 2

et

p) Vid. CRYSII Hypomnemata ad Iesaiam pag. 139. vbi difficultas huius nexus non disimulatur, sed tanta esse affertur, ut dubitari non possit, voces hebraicas: *נָא כַּפְרֵנָה דְּשֵׁת תְּצִירָה*, queae ad verbum hoc volunt: *nam priusquam nouerit hic puer;* sublatu omni nexu, redendas esse: *Sed antequam sciuerit puer,*

(nimurum aliquis). Sed, ut nihil dicam de argumentis aliis, videatur omnino cap. VIII, 4. vbi eadem verba eodem nexus recurrunt, nec alium, quam quem supra ad verbum expressimus, sensum habere possunt. Inde, credo, patebit, propositam b. CRYSII versionem animis liberam esse.

et 2.1) Edit. Francof. Esiae VII. 21. quod commacum antecedentibus arctissimo cohaeret nexus, ad MESSIAE referunt tempora; iidem vero in Bammidbar Rabba sect. XIV. fol. 457. col. 1. 1) comma 15. eiusdem capituli diserte de HISKIAE aetate interpretantur, quod fieri non posset si de solo MESSIA hoc vaticinium intellexissent. Atque haec mihi vera videtur causa esse, cur vetustissimus Chaldaeus interpres) contentus nuda verborum versione, ab omni tam insignis loci interpretatione abstinuerit. In Talmude quoque, eiusque tractatibus Megilla, Chullin et Sanhedrin, Esiae cap. VII. frequenter allegatur, sed trahitur ad disputationes longe alias. Nec potuisset facile inter Iudeos tam absurdia huius loci explicatio<sup>s</sup>) obtinere, quam tamen scimus IVSTINI MART. et HIERONYMI temporibus inter eos fere vulgarem fuisse, quamque ipsi prudentiores Iudei recentiores<sup>t</sup>) plane respuunt, nisi persuasi fuissent, ad solum MESSIAM hoc vaticini-  
num.

q) Vbi fingitur, Deus cum Abraham  
mo in aliis haec locutus esse : כִּי בְּחֵיכָן  
אל הַכֹּהֵן רַץ אֶבְרֹהָם חִזְקִיָּהוּ מִזְרָעָם  
לְבַדְּנֵס בְּמִזְבֵּחַ וְבַשְׂבֻעָה וְלַעֲתֹרֶת לְבָא : i.e.  
De scriptum est: et ad boves Abraham cucurrit, Gen. XVIII, 7. Per me  
am vitam promitto, me id tuis posteris  
retributurum esse cum in deserto, tum  
in terra habitata, tum etiam futuri  
h. e. Messiae temporibus. Deinde doc-  
tent de singulis, vnde ex disertis scri-  
pturarum dictis probari possint; et de vi-  
timo quidem sic habent: בְּנֵי  
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְנָשָׁׁׁן  
i.e. Deum versus Abrahami posteris istud  
probatis specimen retribuere Messiae  
temporibus, vnde probatur? inde, quia  
dictur: et aet illo tempore unusquis-  
que vitulum et duas oves. Isaiae VII, 21.  
r) Ibi docent, quatuor esse homines,  
qui Deum ex se cognoverint, Iobum,

*Abrahamum, Hiskiam, et Messiam*  
tumque ad probandam eam rem de His-  
kia sic disputant: *הַקָּרְבָּן לְךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*  
*אֶת־עֲשֵׂנוּ כִּי־לְקָדְבָּה מִן־שָׁכְנָה*  
*לְעַמְּלֵי־חַזְקָה וּמִשְׁמָרָה בְּרַשְׁתָּה*  
*לְעַמְּלֵי־חַזְקָה וּמִשְׁמָרָה בְּרַשְׁתָּה*  
*i.e. Hiskiam adest regem*  
*Iudaicum ex se Deum ter O. M. cogno-*  
*wisse, unde probaueris? inde, quia de-*  
*co scriptum exstat: butyrum et mel edet,*  
*ut sciat aspernari mala, et bona appe-*  
*tare, Esaiæ VII, 15. Hunc et antec-*  
*cedentem locum propterea paulo diligen-*  
*tius exposui, quia, quantum mihi con-*  
*stat, ex viuenda antiquitate Iudaica sola*  
*funt, unde colligi possit, Iudeos vete-*  
*res vaticinum cap. VII. Esaiæ sensu li-*  
*terali quidem de HISKIAE, sensu typi-*  
*co autem, seu allegorico, de MESSIAE*  
*temporibus explicuisse. cf. SCHOETT-*  
*GENII lib. II. de Messia p. 159. que-*  
*enam PET. GALATINVS lib. VII. de A.*

nium non pertinere. Me quidem non latet, *veteres Christianos interpres* omni ingenii acumine in eo laborasse, ut ex ipsis vaticinii conceptis verbis lectorem ad consensum cum Mattheo veluti cogerent; sed facile quoque ad demonstrandum est, effecisse quidem illos, ut nunc nihil probabilius videatur, quam Christum ex virgine nascendum hoc loco respici, quomodo autem, utrum pro primo, an pro altero horum locorum genere, nequaquam perspicuum fecisse. Iucundum est, **HIERONYMI** potissimum et **THEODORETI** rationes de ea re expendere; quippe quibus propter Mattheum et maiorum persuasionem plane certum fuit, de solo Christo Iesaiam vaticinari. Primo vrgent<sup>1)</sup> vim *vocabuli* נִזְנִים, quod Hebraeis in tali sermonis nexus *signum*, et *prodigium*, significet, et inde porro colligunt, *vocem mox sequentem* נָזְלָה non de *puella*, sed, quomodo et LXX. interpretes acceperint, de veri nominis *virgine* intelligendam

B 3

esse.

**CANIS** Catholicae Veritatis cap. XII. et **RAYMUNDVS MARTINVS** in Pugione Fidei Part. III. Dist. II. cap. VII. habent, ad eam rem non pertinent. **TERTVL** **LIANVS** autem cap. IX. contra Iudeos, et **EUSEBIUS** lib. VII. Demonst. Euan-gel. p. m. 334. edit. Colon. Iudeos, ex concessis potius, quam ex veritate, cum Christianis disputantes, inducere videntur.

1) Chaldaeus com. 14-16 ad verbum sic habet: Quapropter dabit Ioua ipse vobis signum hoc: en virgo haec concipiet et pariet filium, et vocabit eius nomen Immanu. Oleum et mel edet, priusquam nouerit hic puer (אֶתְרַנְתָּן וְרֵבָן) remouere malam, et admouere bonum. Etenim priusquam (וְרֵבָן) nouerit hic puer remouere malum, et admouere bonum; deserta erit

haec terra, de qua tu sollicitus es, a duobus suis regibus.

2) Hanc explicationem dabimus paulo post.

3) Vid. V. C. KIMCHI, ABEN ESDRA, BARBENEI, et ipse RASCHI in Com-mentariis ad h. l.

4) **HIERONYMVS** in commentar. ad h. l. Quando dicitur, ait, *Dabit Dominus ipse vobis signum, novum debet esse atque mirabile. Si in autem iuuenient, vel puer, ut Iudei volunt, et non virgo pariat, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen aetatis sit, non integratiss. Gemina his habet THEODOREIVS* in commentar. ad com. 14. tom. II. edit. Schulz. item **IRENAEVS** lib. III. c. XXI, §. 6. Quid enim magnum, ait, aut signum fieret in eo, quod adolecentia, concipiens ex viro, penerisset, quod euerit omnibus, quae pariant, mulieris-



esse. Deinde docent,<sup>x)</sup> quam apta ad rem sit sententia, si de Christo explicetur. Tertio monent,<sup>y)</sup> plane absurdam esse Iudeorum huius loci interpretationem. Quarto Immanuelis nonen commendant.<sup>z)</sup> Denique quinto perhibent,<sup>a)</sup> sic interpretando commatis quoque 16. sensu longe esse grauissimum. Nec inficias iuerim, Iudeis confundendis argumenta ista valde accommodata esse; quomodo autem eos tangant, qui non dissimulant, Christum hic reuera, et ex mente Dei potissimum, praemonstrari, adeo, ut insigne hoc vaticinium plenum exitum nec habuerit, nec habere potuerit, nisi tum, quem Christus ex virgine nasceretur, ego quidem non video. Nam verum omnino est, monente quoque ROBERTO LOWTH in Obs. ad Ec. VII. vocabulum נִזְנָה hoc loco propter manifestam coniunctionem cum com. II. prodigium significare. Sed quis contendat, solum hoc vocabulo virginis partum potius, quam ipsam virginem, h.e. vni-

uer-  
mulieribus. item TERTULLIANVS ad-  
uersus Iudeos cap. IX. vbi sic docet:  
Sigillum autem a Deo, nisi nouitas aliquia monstrofa fuisset, signum non vide-  
retur. et paulo post: nihil signi videri  
possit res quotidiana, iuuenculao scilicet  
praegnatus et partus. vid. idem cap.  
XVII., et XXIII. de Carne Christi, et  
lib. III. adu. Marcion. cap. XIII. Quo ar-  
gumento LUTHERVS, quoque prae ce-  
teris vobis est aduersus Iudeos. vid. tom.  
VII. Opp. Lips. pag. 73.

<sup>x)</sup> Vid. in primis THEODOR. loc. cit.  
vbi paulo post: ταῦτη μὲν τοῦ τοῦ Σερ-  
γίου, ἐκ τῶν οὐρανῶν τοῦ πατέρος τοῖς  
παῖσιν ἀλλὰ τοῦτο εἰδέναι τοῦ πολεμίου τοῦ  
πατρόβολον, παταράσσειν ἀπαλέσσετο τὸ Δαβι-  
τικὸν βασιλεῖον, ἀπογινώσκοντες τὸ ἀδύ-  
άρτον εἰπεῖνεσθαι. Δέ τοι φασι Φωλαχθῶν  
τὸ Δαβιτικὸν βαῖον, τὸν αὐτὸν γότθον ἀπόκεται.  
Vid. quoque LACTANTIVS Institutio-  
num lib. IV, cap. XII, §. 4 et 5.

<sup>y)</sup> Sic HIERONYMVS loc. cit. He-  
breisi, ait, hoc de Ezechia filio Achaz  
prophetarū arbitrantur, quod ipso re-  
gnante sit capti Samaria, quod omnino  
probari non posse. Siquidem Achaz,  
filius Iotham, regnauit super Iudam et  
Hierusalem annis sedecim; cui successit  
in regnum filius eius Ezechias annos  
natus viginti quinque, et regnauit su-  
per Iudam et Hierusalem annis viginti  
nonem. Quomodo ergo, ut denus primo  
anno Achaz hanc ad eum factam prophe-  
tiam, de Ezechiae conceptu dicitur et na-  
tivitate, cum eo tempore, quo regnare coe-  
pit Achaz, iam nouem Ezechias esset  
annorum: nisi forte sextum Ezechiae  
regni annum, quo est capti Samaria,  
infantiam eius appellari dicant, non ae-  
tatis, sed imperii. Quod coalitum esse  
atque violentum, etiam stultus patet. cf.  
IVSTINVS Martyr in Dialogo cum Try-  
phonie p.m. edit. Colon. 202. quem haec  
ludaeo

uersam rem admirabilem et prodigiosam, cum ea in signum futurorum temporum gerendam, indicari? Constat enim, vocem הַנָּה  
hoc altero sensu, quo *res, mirifice et prodigiose gestas ipsasque perso-*  
*nas* significat, quibus talia accident, in scripturis V. T. frequenter  
vsurpari, vid. v. c. *Ex. VIII, 18.*<sup>b)</sup> et *XX, 3.*<sup>c)</sup> et *Sachar. III, 8.*<sup>d)</sup> Verum quoque est, quod *THEODORETUS* docet, *nihil aptius ad*  
*rem esse posse, si de Christo vaticinium intelligatur;* nam vis vaticinii ea-  
dem manet, sive sic, sive aliter interpreteris, modo *Christus specte-*  
*tur.* Nec negari potest, absurdam satis esse, quam *HIERONYMVS*  
profert, Iudeorum interpretationem; sed, quid hoc ad eum, qui  
cum *Iudeis* in hac re nihil commune habet? Conceditur quoque,  
*Immanuelis nomen significantissimum esse,* quod vrget quoque laudatus  
*LOWTH,* ibid. nam per se patet, *rei significantis omnem vim ex rei*  
*significantiae indole aestimandam esse.* *Comma 16.* denique quod atti-  
net,

*Iudeorum* interpretatione vehementer  
turbavit, qui non in mentem venit, ex  
ipsa sacra historia eam refutari posse.

2) Vid. *THEODORETUS*, et *EVSE-*  
*BIYS* loc. laud. item *TERTULLIANVS*  
cap. IX. adu. *Iudeos.*

a) De ea re *HIERONYMVS* in Com-  
ment. ad h. l. sic habet: *Sexto imperii*  
*anno Ezechieiae est ab Assyriis capta Sa-*  
*maria, id est tricessimo primo anno aeta-*  
*tis ipsius. Si itaque iste, qui nascitur,*  
*vel de virgine, ut nos probamus,*  
*vel de adolescentula, ut Iudei volunt,*  
*butyrum et mel comedet, et tam par-*  
*ulus erit, ut malum a bono discernere*  
*nequeat, et antequam ille tempus egre-*  
*diatur infantiae, terra Syriæ et Sa-*  
*mariae vastanda ab Assyriis sit, respon-*  
*deant Hebrei, quomodo Ezechias tri-*  
*ginta et uno annis infantulus praedica-*  
*tur, et tam rudiis aetatis, ut mel et bu-*  
*tyrum comedens: iuxta Niniwiticos pue-*

*ros, nec sinistram, nec dextram, id est,*  
*nec malum nec bonum nouerit. Rela-*  
*tum autem ad Emmanuel, quod inter-*  
*pretatur nobiscum Deus, faciem habe-*  
*bit intelligentiam; quod ad mysterium*  
*et conuentum nominis eius, terra Sy-*  
*riae et Samariae, Assyrio superante,*  
*vastatus et dominus Dauid liberatur a*  
*duobus regibus, quos metuit, Rasin vi-*  
*delicit et Phaceae.*

b) *Vbi: יְהִי אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ עָשֵׂר קָדְשָׁנוּ* h. e. *En*  
*me et pueros quos Ioua mihi dedit in signa*  
*et prodigia in Israele.*

c) *Vbi Ioua: quemadmodum, ait, in-*  
*cessit seruus meus Ezebias nudus et dif-*  
*calceatus, trium annorum נָגָף וְמַעֲשֵׂה*  
*signum et prodigium etc.*

d) *Vbi de Iosua sacerdote magno et*  
*eius sociis dicitur יְהִי אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ עָשֵׂר קָדְשָׁנוּ* h. e. *quod homines portentosi sunt.*

net, facile apparet, HIERONYMI explicationem non aduersari iis, qui non minus omnem euentus huius vim a Christo, ex Dauidis domo nascendo, repetunt. Ad quod accedit, hunc ipsum HIERONYMVM, cuius temporibus iam viguit inter christianos illius vaticinii interpretatio, a Grotiana<sup>e</sup>) non multum diuersa, inuidioso quidem Iudaizantis nomine eam fugillasse, argumentis autem refellere ne conatum quidem esse. Sic enim habet in commentario ad h. l. Quidam de nostris ait, iudaizans Esaiam Prophetam duos filios habuisse contredit, Iasib, et Emmanuel: et Emmanuel de Prophetissa, uxore eius, esse generatum, in typum Domini Salvatoris: ut prior filius Iasib, quod interpretatur relictus, sive conuertens, Iudaicum populum significet, qui relictus est, et postea reuersus, etc. Quomodo autem is, qui sic docet, cum Iudeis, ab Hieronymo supra castigatis, comparari possit, videbunt forsitan acutiores alii. Immo idem HIERONYMVS in sequentibus ad cap. VIII, 1. 4. claris verbis docet: f) Prophetissae puerum eundem Virginis esse. Nec aliter TERTULLIANVS<sup>g</sup>) THEODORETVS,<sup>h)</sup> et EVSEBIUS<sup>i)</sup> eundem locum explicant. Quod quidem

cum

e) Quam etiam BENGELIVS approbavit. Inniuitur, ait in Commenario ad Matth. I, 23. aliqua Esiae tempore, quae ex virgine, (de cuius fecunditate naturaliter minus constabat,) mater, eaque filii, erat futura: sed eadem, ut verborum sublimitas docet, typus erat virginis, quae virgo Meleiam peperit. Ita duplex erat signi vis, in propinquum, et in longinquum. Vid. Al. Morum.

f) Ibi in aliis haec habentur: Rursum sub alia figura partus describitur virginalis. — Quid autem illud est, quod scribitur humano stylo? Ut puer natus velociter spolia detrahatur, et cito

praedetur. hoc est, ne vitro patiatur regnare Diabolum, nec mittat Angelos, nec Prophetas: sed ad saluandas creaturas suas ipse descendat. — Exhibuit autem Je Esaias dignum spiritu Prophetali, et praebuit Prophetissae, id est, Spiritui Sancto. — Spiritu itaque Janio conceptus est Dominus. — Præcipiturque Esiae, ut ipsum puerum, qui prius vocabatur Emmanuel, nunc appellet accelerata, spolia detrahe, festina praedari.

g) Vid. lib. IX. adu. Iudeos. vbi primo El. VII, 14. et 15. et VIII, 4. coniunctim exhibet, et adfirmat, de Christi nativitate agere; deinde sic pergit: Accet-

cum *diserta textus historia* nullo modo conciliari potest, nisi *sensus* huius vaticinii admittatur *typicus*. Hoc autem admissio, et rite intellecto, videtur vetus ista et primorum ecclesiae christianaæ doctrinæ fere communis sententia omnium esse elegantissima. Est itaque, nisi me fallant omnia, per Esaiæ contextum admodum creditibile, in verbis, a Mattheo allatis, *Christi quidem potiorem rationem* haberi, nec tamen *de solo eo sermonem esse*, ac propterea allegationem Matth. I, 22. eum potius sensum habere, quem commati 36. Ioan. XIX. omnes tribuunt interpretes, quam quo supra ostendimus, intelligendam esse illam, quae Matth. XXI, 4. continetur.

Sed porro quaeritur; *num Esaiæ vaticinium, missa Matthei interpretatione, per se planum et expeditum sit; an potius, nisi ad hunc confugias interpretem, magnis verisque labore difficultatibus?* De qua re mihi ita videtur: Si vel planissimum ex contextu esset, Esaiæ locum de solis agere Achæi temporibus; Matthei tamen interpretatio vim et autoritatem suam non amitteret, quia inde nondum sequeretur, eam pro mera accommodatione habendam esse. Nam in praedictis diuinis

non,

*Accipit Christus infans virtutem Damasci et spolia Samariae. Maneant enim orientales illi Magi infantiam Christi, ut regem auro, thure, et myrra remunerantes, et accipit infans virtutem Damasci sine praelio et armis etc.* vid. quoque de eadem re lib. III. adu. Marcion. cap. XIII. et lib. V. cap. XVIII. et IVSTINVM MARTYREM in Dial. p. m. 340.

*h)* Cuius sententia in primis digna est, quae integra legatur. Habetur ad Es. VIII, 3. his verbis: *ἐπειδὴ προηγένεσεν ἡδὺ τὸς παρθένος τῇ γέννησιν, πετρὴ φύσιν δὲ τῷ τὸ σωματίου, διδάσκει τοὺς εὐλόγων τὸν τρόπον. Καὶ καθάπτει τὸν ἄγιον παρθένον τὸν τῶν ἐπαγγελίων διδάσκειν παρθένον, καὶ πνεύματα*

*θρεπτήν, πῶς εἴσαι μοι τέτο, ἵτει αὔδεια εἰ γιγαντών, ὁ ψυχεὶς ἰδίας ἐξ. Γαβριὴλ τὸν τῆς εὐλόγων τρόπον, εἰρηκάς, πινεῖα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψηλὸν επισκέπτηται σε· διὸ καὶ τὸ γεννημένον ἄγιον κληδόνεται ἕντες Θεῦ. ετούτη εἰσαΐα τε τῇ προερχετει διατίθενται ὁ προφητικός πινεύμας διδάσκει λέγος, τὸν θεῖον τρόπον ἐπιδεινέσθι, καὶ τὸ παντζύλιον εἰσάγον πινεύματα διαερίσθεν λέγος. καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτην, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβοι, καὶ επεκάνθισεν. ἀλλοι δὲ εἰ προσῆλθον ἥρεπεντεσσιν, ἀλλὰ προσῆλθε τῇ προφῆτῃ.*

*i)* In demonstratione Euangelica lib. VII. p. m. 328. edit. Colon. vbi adhuc fuisse THEODORETO eandem rem per tractat.

C



non de eo tantum quaeritur, ut ISENBEHLLIYS existimat pag. 75.  
quid in tali nexu verba sibi velint; sed, quo in uniuersum sic loquendo  
diuina respexerit sapientia. Quod quidem partem suam maximum la-  
tere potest homines, nisi Deus ipse explanet; credendum autem est,  
et in magno Dei ponendum beneficio, si, quod ex solo verborum  
contextu colligi a nemine potuit, per ipsius interpres, in clara lu-  
ce ponatur.<sup>k)</sup> Sed nec ita planus est Esiae locus, ut nullas magnas  
verasque difficultates habeat, si Matthaeum deseratas, aut respuas. Sunt  
autem potiores hae: Primo videtur omnino vox נִנְגָּב per contextum  
nihil aliud, quam rem mirificam et prodigiosam, significare posse.  
Quod etiam vox נִנְגָּב cap. VIII, 3. confirmat, quippe quae in  
scripturis sacris nunquam, ut Cel. DATHIO videtur, prophetæ cu-  
iisdam uxorem, sed semper foeminam significat *talem*, quae vaticina-  
tur, siue *dixit* verbis, siue rebus quoque, cum ipsa diuinitus gestis.  
vid. Exod. XV, 20. coll. Num. XII, 2. item Iud. IV, 4. 2 Reg.  
XXII, 14. et Nehem. VI, 14. quae loca vniuersa sunt, in quibus  
hoc vocabulum occurrit. FABER quidem Vir. Cel. in Obseru. ad  
Beobachtungen ueber den Orient part. I. pag. 278. sq. tam Virgi-  
nem cap. VII. quam Prophetissam c. VIII. foeminas eiusmodi fuisse  
perhibet, quas Esaias in sua schola habuerit; sed vereor, ut pro-  
bari possit tanta res, quae ab omni horum temporum historia de-  
stitutur. Deinde, siue de uno, siue de duabus rebus agatur cap. VII  
14-16. et cap. VIII, 1-4. explicatu perquam difficile est: cur, si  
vniam

<sup>k)</sup> Quo simul omnem vim amittit ri-  
diculum exemplum, quod ISENBEH-  
LLIYS pag. 44. cum nostro non veritus  
est comparare vaticinio. Illic enim nec

Propheta fuit, qui loqueretur, nec diu-  
nus Interpres, qui Prophetæ mentem ex-  
plicaret. Melius Cel. FABER in Obseru.  
ad Beob. ueber den Orient part. I. p. 284.  
Dafs

unam eandemque rem locus vterque spectet, tanta tamen in utroque sit cum rerum, tum verborum diversitas. Nam in priore loco prodigium est, et *Virgo*, et *Pueri* nomen *Immanuel*; in posteriori autem nullum est *Prodigium*, nec *Virgo*, sed *Prophetissa*; nec *Pueri* nomen *Immanuel*, sed *Maher Schalal Catch Bas*. Sin vero in locis istis de duabus diversis rebus sermo fuerit; vicissim quaeritur: vnde tanta in utroque rati rerum, quam verborum similitudo veniat? Agitur enim in utroque de *Pueri* cuiusdam nativitate, de educatione eius in infantia, et de infantilis huius aetatis, futurae turbarum praesentium durationi accommodata, definitione. Tandem et hoc omnem attentionem meretur, quod puer *Immanueli* cap. VIII. 8. et 10. tanta tribuitur maiestas, quanta non videtur nisi in eum cadere, qui terrae Iudaicae tum temporis et summus fuit *Dominus*, et unicus *Servator*; quod quidem per Oeconomiam Veterem historiamque Iudaicam de mero homine intelligi nequit. Quam parum autem interpretes, a Matthaeo alieni, hisce satisfaciant difficultatibus, id primo quidem *Iudaei recentiores*,<sup>1)</sup> deinde vero *ISENBIEHLIVS* quoque et fautores eius, luculenter demonstrant. Nam *RASCHI* v. c. existimat, virginem Prophetae uxorem fuisse; *KIMCHI* e contrario pro *Achasi* eam habet coniuge, filiumque pro eo, qui post *Hiskiam* ex illa fit editus. *ABARBENEL* *Achasi* filiam nondum nuptam manuult intelligere; *ABEN ESDRA* denique virginem eam fuisse iudicat, quacum deinde *Esaias Dei iussu congressus* sit. Sed, vt de *in signi* nihil dicam horum interpretum dissensu; obseruatu cum-

C 2 primis

Dass sich diese Stelle (Ef. VII, 14) auf eine geheime Weise auf die übernatürliche Geburt unsers Heilandes beziehe, glaube ich auf das Zeugniß des <sup>1)</sup> In Commentariis ad Ef. VII. et Matthaeus. Videatur et ipse *BAR-*

*MAR*, laudati libri auctor, Part. III. p. 350.



primis dignum est, quod ne vnuſ quidem eorum eiusmodi quid in medium proferat, quo difficultates supra allatae soluantur. Nam primo omnes vim vocis נָתַת eam negligunt, quam contextus tamen postulat. Deinde RASCHI et KIMCHI voci עֲשַׂלְמָה eiusmodi sensum tribuunt, quem linguae. uſus, a LXX. quoque interpretibus obſeruatus, et ab ipsis praeſtantissimis Iudacorum interpretibus, ABEN ESDRA potiſſimum et ABARBENELE, agnitus, nequaquam admittit. ABARBE-  
NELI denique et ABEN ESDRAE cap. VIII, 8 et 10. vehementer obſtat; vt taceam, si puer virginis cap. VII, 14. et Prophetae cap. VIII, 3. cum RASCHIO et ABEN ESDRA pro uno habetur eodemque, nullo habito respectu alio; non intelligi, cur nomina tam matris, quam pueri mutantur. et contra, si cum ABARBENELE et KIMCHIO diuersi iudicantur, merito quaeri, quid sibi tanta vtriusque similitudo velit. Quod faltem propositae rei grauitas probabile reddit, non ſue arcana quadam cauſa factum eſſe. ISENBLIEHLIVS ab ABARBE-  
NELE non multum discrepat. Distinguit enim Virginem cap. VII.  
a Prophetissa caput VIII. nec illam pro Achasi vxore, sed pro Vir-  
gine habet, quae eo loci praeſens fuerit, vbi Efaias Achafum con-  
ueniret. pag. 43. etc. Sed eo ipſo in easdem incurrit difficultates,  
quibus diximus ABARBENELIS interpretationem premi. Existimat  
quidem Vir eruditus, ſenſum vocis נָתַת ex Exod. III, 12. potius,  
quam ex El. VIII, 18. eruendum eſſe §. 29. locutiones quoque:  
discernere malum a bono cap. VII. et vocare parentes cap. VIII.  
plane diuersas eſſe, §. 39. Immanueli autem Palaestinam propter-  
ea attribui, quod in ea regione puer. natus sit. ibid. Sed quam  
parum haec omnia contextui ſatisfaciant, et alii iam monuerunt  
ſaepius, nec in posterum defuturos eſſe confidimus, qui idem ſen-  
ſus ſunt. ut ſunt. ut ſunt. ut ſunt.

HIV agn. sig. 10 margin. tiant.

tiant. Vid. interim FAVSTI SOCINTI Lect. Sacr. Tom. I. Bibl. p. 294.  
 Has autem *difficultates omnes* Matthaei tollit interpretatio, siue sic intelligatur, ut Esiae vaticinium *Christum solum*, siue sic, ut saltem *potissimum* eum respiciat. Etenim, si prius ponatur; statuendum modo est, cap. VIII, 1-4. *puerum innui*, a cap. VII, 14-16. *diuersum*. Quae etiam Cel. *DATHIR* est in Obf. ad h. l. sententia; quamquam is nihilo secius credit, *sensum* huius vaticinii *typicum* esse. Quod quidem oppido ad augendas loci *difficultates* facit. Sunt enim tunc duo *pueri sumendi*, nascendi et nati Achasi temporibus ad confirmandam *eandem rem*, alter *Virginis*, et alter *Prophetissae*. Quod tamen non necesse est, quia, si cap. VII, 14 etc. pro diuerso habetur a cap. VIII, 1 etc. apparet, commati 16. cap. VII. vix quicquam impedimenti superesse. Tum enim ea, quae com. 16. de *virginis puer*o dicuntur, *causam* explicant, cur comitate 15. non *vniuersa* sed *infantis* tantummodo eius *aetas* definita fuerit. Dicitur nimirum, intra *tantillum temporis spatium*, quo futurum sit, vt pueri illius infantilis aetas absoluatur, futurum quoque esse, vt deseratur Iudaica ab hostilibus regibus regio. Quod deinde cap. VIII, 1-4. re, ab ipso Esiae Dei *in iu<sup>ne</sup> gesta*, confirmatur. Sicque fere ROBERTVS LOWTH rem volt intelligi, in Obseruat. ad El. VII. Sin vero alterum iudicatur probabilius; *nulla omnino supereft difficultas*, ne ea quidem, quam priori comma 16. obiicere videbatur. Tunc enim et *duplex vaticinium de eadem re*, et *nominum mutatio tam virginis, quam pueri*, et *in primis quoque auguſtum Immanuelis nomen* cap. VIII, 8. 10. *causas* habet longe *grauiſſimas*, nimirum has, vt *puer tum nascendus* in *rerum futurarum significationem*; ab altero, multo post oritur, iam vero veluti per figuram significando, perspicue distingueretur.

❧      ♚      ⚡

Ex his, quae hucusque disputauimus, iam non difficile ad iudicandum erit, quid in vaticinio de Christo Immanuele siue certum sit, siue incertum. *Incertum* quippe est, cuius sit interpretatio, apud Matthaeum obvia; utrum Angeli, an *ipsius* Matthaei. *Incertum* quoque est, quem *sermonem* ea habeat; utrum hoc velit, ut Christi ex virgine nativitas apud Esaiam sola, an hoc, ut tantummodo tanquam *res*, de qua sermo est, potior, a Deo consideretur. *Incertum* denique et hoc est, num locus Esiae VII, 14-16. ab altero cap. VIII, 1-4. non verbis tantum, sed re ipsa diuersus sit. *Certum* autem est, Matthaei locum ingentis auctoritatis esse, siue Angeli sit, siue *ipsius* Matthaei. *Certum* quoque est, non meram eo contineri accommodationem, sed veram interpretationem, qua docente laudatum Esiae vaticinium per Christum, ex virgine natum, plene et luculenter evenit. *Certum* porro est, absque Matthaeo Esiae vaticinium nec planum satis esse, nec quo revera spes est, intelligi, aut doceri ad persuasionem a quoquam posse. *Certissimum* denique est, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, cuius Diem Natalem his ipsis ritu celebramus solemnissimo, veri nominis IMMANUEL M esse. Cui verbo hebraico, de nostro usurpato SERVATORE, quam vim doctrina christiana tribuat, GROTI malo, quam meis verbis, exprimere: *Nomen*, ait in Commentario ad Matth. I. 22. EMMANUEL, sicut et Iesu, habere quidem et in aliis suam potest significationem, restrictam atque limitatam; at in CHRISTO aliam habet infinitis partibus perfectiorem. Nam is est, in quo illa praeclara Dei promissa omnia sunt ραὶ και ἀμην (est et Amen) 2 Corinth. I, 20. is est VERBUM, quod caro factum inter nos habitauit, Iohann. I, 14. in quo denique habitat ΤΟ' ΠΑΝΤΩΜΑ ΤΗΣ ΘΕΟΤΗΤΟΣ σωματινῶς (plenitudo Diuinitatis corporaliter) Coloss. II, 9. IN HUNC, QVI  
NON



NON CREDVNT, eos manet Φοβεραὶ ἐνδοχὴ κρίσεως (terribilis quae-dam exspectatio iudicij) Hebraeor. X, 27. Quae si rite, vt par est, expenderitis, CARISSIMI CIVES ACADEMICI, nullus dubito, quin et Vos his festis diebus tantum humani generis SERVATOREM AC DOMINVM studio prosecuturi sitis plane ingenuo, hoc est, animo, vti cognoscēdāe salutis<sup>t</sup>, hominibus omnibus in CHRISTO diuinitus propositae, cupidissimo, ita et cognito consequendae eius ordini obsequentiissimo. Tumque multo minus dubito, quin munera quo-que, ab insigniter pia et liberali antiquitate sacrorum publicorum ministris consecrata, ad aram collaturi sitis lubentissimi.

P. P. in Literarum Vniuersitate Vitebergensi, ad diem XXV.  
Decembris Anni CCCCCLXXX.

pag. 3. lin. 3. legatur: Efiae VII.





Fd 5611

ULB Halle  
002 715 18X

3



PA 30C

VD 17

NC







FRIDERICI GUILIELMI DRESII

THEOL. D. ET P. P. ORDINIS SVI H. T.

DECANI

PROGRAMMA

A D

ERVENDVM VERVM SENSVM VATICINII

D E

CHRISTO IMMANVELE

I P S I S

SOLEMNIBVS NATAL. I. C. SACRIS

AN. MDCCCLXXX

P R O P O S I T U M

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII